I. *Adonis*. II. *Adramelech*, idolũ Sepharulam, ſpeciem habēs A Pauonis aut Muli, 2. *Reg*. 17. 31. III. *Aſdod*, idolũ Philiſtinorũ, quod alias Dagō dicitur. 1. *Mac*. 10. 83. IV. *Anamelech*, Equus aut Phaſianus, idolum incolarum. Sepharuaim. 2. *Reg*. 17. 31. V. *AoZa*, idolum quod coluit Rex Ela domi ſuæ. 1. *Reg*. 16. 9. VI. *Aſima*, Hircus Syluestris, idolũ Hemathæorum. 2. *Reg*. 17. 30. VII. *Aſtarot*, idolum ſeu Dea Sidoniorum, effigiem habens ouis. 1. *Sam*. 31. 10. 1. *Reg*. 11. 5. VIII. *Baal*, idolum commune, *Iud*. 6. 25. 1. *Reg*. 16. 31. 32. & 18. 21. &c. IX. *Baalberith*, idolum Sichimitarum. *Iud*. 9. 4. X. *Baalpeor vel Baalphegor*, idolũ Moabitarum, in quo præuaricati ſunt Iſaëlitæ. *n*. 25. *v*. 3. 5. Hieron. ait Priapum fuiſſe. XI. *BaalZebub*, idolum Accronitarum, vel Ecronitarum. 2. *Reg*. 1. 2. XII. *Baalzephon*, idolũ Ægyptiorum: cui hanc vim attribuerant, quod ſeruos fugitiuos obſeruaret, & retineret, *Exod*. 14. *v*. 29. 33. XIII. *Bacchus*, ſeu Liber, idolum, 1. *Mac*. 6. 7. XIV. *Bel*, idolum Babyloniæ, quod comminutum eſt à Daniel. *Daniel* 14. 2. XV. *Chamos vel Chemoſch*, idolum Amorrhæorum, Ammonitarum, alias Baalpeor dictũ, *Num*. 21. & 29. *Iud*. 11. 24. 1. *Reg*. 11. *v*. 5. 7. 33. 2. *Reg*. 23. 13. *Ierem*. 48. *v*. 7. 13. XVI. *Canopus*, idolum Ægyptiorum. B *Vide hiſtoriam Eccleſiaſticam, lib*. 11. *c*. 26. XVII. *Chiun*, idolũ Iſraëlitarum, quod alij Sydus, alij Saturnum interpretantur, *an*. 55. 26. XVIII. *Dagon*, idolum Philiſtinorum, piſcis formā inferne, ſuperne autem formoſæ mulieris referens, *Iud*. 16. 23. 10. *Samuelis* 5. 3. XIX. *Diana*, templi & cultus mentio fit, 2. *Machab*. 1. *v*. 13. 15. & vocatur ibidem *Nanea*. XX. *Draco*, idolum Babyloniorum. *Danielis* 13. *v*. 23. 25. XXI. *Ephod*, Gedeonis, fuit idololatria à Gedeone inſtituta, contra Dei verbum, in patria ſua Ophra, bona quidem intentione, ſed quæ toti populo Iſraël offendiculum præbuit. *Iud*. 8. *v*. 27. XXII. *Eſch*, idolum in πυρείῳ, id eſt templo ignis, quod à Perſis colebatur. *Vide Tripartitam hiſtoriam lib*. 10. *c*. 30. XXIII. *Fortuna Vide Gad*. XXIV. *Gad*, idolum militare, quod alij Martem, alij Iouem, alij Fortunam, alij exercitum cœli aut numeros interpretabantur, *Eſai*. 65. 11. XXV. *Herculi* ſacrificatum eſt à Tyriis 2. *Mac*. 4. 19. XXVI. *Iupiter Olympius* 6. 2. *Vide Gad*. XXVII. *Iupiter Xenius*, Deus gentiliũ. 2. *Mac*. 6. 2. XXVIII. *Malchũ*, *Amos* 5. 26. qui & *Moloch*. *Leuit*. 18. *v*. 21. & 20. *v*. 2. 3. 2 *Reg*. 23. *v*. 10. & *Milchom*. 1. *Reg*. 11. *v*. 5. 33. C 2. *Reg*. 23. *v*. 13. idolum Ammonitarum. XXIX. *Meni*, idolum fuit Mercatorum, quod alij Mercurium, alij Fatum, alij Planetas aut numerum ſtellarum interpretantur. *Eſa* 65. *verſ*. 11. XXX. *Micha*, idolum in domo Micha, in monte Ephraim, in quod etiam multi ex Iſraël impegerunt *Iudic*. 17. *verſ*. 5. XXXI. *Miplezeth* (quod alij in genere idolum alij terriculamentum, alij Priapum, alij horrendam ſtatuam interpretātur) erat idolum Maacha matris, *Aſa*, 1. *Reg*. 15. *verſ*. 13. XXXII. *Nabaam*, idem quod Nibchaz, idolum Heuæorum. 2. *Reg*. 17. XXXIII *Nanæa*, Templi & cultus mentio fit, 2. *Mach*. 1. *v*. 13. 15. quæ putatur eſſe Diana: XXXIV. *Mabo*, idolum Babylonicum, *Ierem*. 46. *v*. 1. & 12. XXXV. *Nechuſtan* (id eſt Ænulum in diminutiua forma, à *Nechuſta* ærea materia) idolum ſerpentis ærei, comminutum ab *Ezechia*, 2. *Regum*. 19. *verſ*. 4. XXXVI. *Nergal*, gallina ſylueſtris, idolũ Cuthæorum, 2. *Reg*. 17. *v*. 39. XXXVII. *Oriſmada*, idem quod infra *Vrchaſdim*, id eſt, ignis ſacer, *Vide Plutarchum in vita Alexandri*. XXXVIII. D *Rimmon*, idolum Syriacum, 2. *Reg*. 5. *verſ*. 18. XXXIX. *Remphan*, idolum ſideris cuiuſdam, cuius Stephanus mentionem facit *Act*. 7. *v*. 47. XL. *Suchot, Benoth*, idolum Babylonicum, 2. *Reg*. 17. *v*. 30. XLI. *Sichuth*, idolum Iſraëlitarum, *Amos* 5. *verſ*. 26. XLII. *Thartak*, idolum Heuæorum, 2. *Reg*. 17. *v*. 31. XLIII. *Thammutz*, idolum populi Iſraëlitici quod alij Adonidem, alij Bacchum interpretantur, *Ezech*. 8. *verſ*. 14. XLIV. *Theraphim*, idola quæ ſolebat ſciſcitantibus reſponſa dare, *Geneſ*. 31. *verſ*. 34. *Ezech*. 22. *verſ*. 21. *Oſa* 3. *v*. 4. XLV. *Vitulus aureus*, in deſerto, idolum Iſraelitarum, *Exod*. 32. 4. XLVI. *Vitulus aureus in Dan*. idolum Iſraelitarum, à Ieroboamo inſtitutum. 1. *Reg*. 12. *v*. 28. 29. XLVII. *Vitulus aureus* in Bethel, idolum Iſraelitarum à Ieroboamo inſtitutum. 1. *Reg*. 21. *v*. 29. XLVIII. *Vrchaſdim*. ignis dæmonum, ſeu ignis ſacer, quem Chaldæi colebant. Paſſim apud Hiſtoricos.

Exempla Historica.

Philoſophorum veterum pleriq; etiam qui inter illos ſapiētiſſimi, cum cognouiſſent ex ipſis creaturis Deum eſſe qui eas creauerat, & aliis naturæ principiis id colligerent, tamen euanuerunt in ſuis diſcurſibus & cogitationibus quas de Deo faciebant, vt inſinuat *Paulus ad Rom*. *c*. 1. & conuerterunt ſe ad Idola: quæ non erant Deus. *Ita Chry. & Orig*. E

Quin penè omnes eò inſaniæ deuenerunt, vt ipſa idola lignea & aurea Deus putarent. Quomodo Laban flens ob ablata idola, dicebat Iacob: Deos meos abſtuliſti, &c. *Gen*. *c*. 31.

Quidam tamen Philoſophi non dos eſſe, ſed in ipſis deos repræſentari arbitrabantur. Omnes interim penè, Idolum exiſtimabant eſſe corpus aut ſimulachrum Dei, Deumque idolo ſimilem. Et putabant in eſſe idolo aliquid numinis, ſic, vt ad Deos ſe ire putarent, quando ad idolum accederent, eò quod ipſa & loqui & oracula dare viderent, vt ait *Cicero l*. 1. *de natura Deorum*.

Excipe tamen paucos ſapientiores, qui metu legunt, vt & populum metu Deorum in officio continerent, idola colebant teſte iterum. *Cic. lib*. 1. *de nat. Deor*.

S. Cyprianus & paſſim Scripturæ, ridet Gentiles, quod ligna & lapides pro diis colerent, quod etiamnum faciunt Indi, & Iapones.

Xenophon & Plato docent, ſapientiſſimum Græcorum Socratem Diis Græcorum ſacrificaſſe, & quidem inter alia, Gal- F lum Æſculapio obtuliſſe.

Plato ille diuinus, *in Epinomide*, diuinum cultum tribuit aſtris, cœlo, & dæmonibus.

Mercurius Triſmegiſtus dæmonum ſimulachra colenda docuit, vt benefaciant, inquit *Auguſt. lib*. 8. *de Ciuit. cap*. 23.

Plato idem, colendos Deos quod lex Gentium iuberet, cenſuit. *Ita Euſeb*. 13. *de præparat. Euang. cap*. 8. & 11.

Seneca quoque laudat eorumdem ſacrificia, quia legibus iuſſa, vt teſtatur *Auguſtin. lib*. 6. *de Ciuit. cap*. 10.

Docuit id inſuper Cicero *lib*. 1. *de nat. Deor*. colenda nempè eſſe ſimulachra ob metum legum politicarum.

Legat Lector curioſus *S. Auguſtin. lib*. 3. *de Ciuit. cap*. 12. *lib*. 4. *cap*. 10. & *ſeq. lib*. 18. *c*. 15. fuſe diſſerentem de iis, quæ veteres pro Diis coluerunt, & exclamabit, *O quantum eſt in rebus inane*. Videantur etiam hiſtoriæ recentiores Indiæ Orientalis in quibus multa admiranda circa hanc vanitatem.

IDOLOLATRIÆ GENTILIUM GRADVS, Qvintvplex.

Idololatriæ Gentilium, ac Iudæorum qui olim eos imitati G notatur gradus quintuplex. I. Adoratio ſimulachrorum ipſorum materialium, vel dæmoniorum iis affixorum. II. Adoratio creaturarum in ſe, puta cœli, terræ, herbarum, beſtiarum, &c. III. Adoratio hominum mortuorum. IV. Adoratio ſubſtantiarum immaterialium etiam per ſe, & dæmoniorum, malorumque Angelorum. V. Adoratio mundi tanquam animati. Generali tamen nomine Scriptura appellat omnes Gentium Deos, dæmonia. *Pſal*. 95.

IDOLOLATRIA VETITA, PVNITA.

☞ *Pete ex Loco de Religione in fine quæſt*. 4.

☞ *Adducantur nonnulla huc ex loco de Diis. Tit*. Deus.

*IDOLOTHYTA. Qvæ, Eorvmqve Vsvs.

Idolothytæ erant olim quæcunque immolabantur idolis, nempe carnes, panis, vinum, oua, dicta ἀπὸ τȣ̃ εἴδωλον ϗ θύειν, ab immolando idolis:

Comedere hæc licebat, neque per ſe peccatum erat, vt docet *S. Thom*. 1. *par. q*. 103. *art*. 4. *ad*. 3. niſi fieret ex infidelitate, ad cultum exhibendum idolo, aut ex infirmitate fidei Catholicæ, vti fiebat tempore Apoſtoli: qui idcirco vetat ea comedi, 1. *Co*- H *rinth. cap*. 8. Denique ob ſcandalum non licebat eadem mãducare: eratque præceptum Apoſtolicum, de quo *Act. c*. 15. Nã in Concilio Hieroſolymitano erat definitum, abſtinere à contaminationibus ſimulachrorum, & Partes de ea re ſatis rigidè loquuntur. Nam Auguſtinus, melius eſſe fame interire aſſerit, quam cibum idolo poſitum, etiam vbi nullus adeſt hominum ſumere. *Epiſt*. 154. Leo Magnus pœnitentiæ purgationem ab eo requirit, qui ſine terrore, ſiue fame immolatitia comediſſet. *epiſt*. 79. *c*. 5. Eſt etiam Canon Concilij Illiberitani XL. ſimilem prohibitionem continens. Sed hi omnes ſupponunt, religionem huiuſmodi ſumptione violari: aliquem non tam arctè obligare eiuſmodi præceptum.

Hoc modo Iulianus Apoſtata, vt Catholicos Conſtantinopolitanos ad quandam ſpeciem idololatriæ compelleret, omnes Idolothytis veſci coëgit. Rem geſtã ita narrat. *Nectar. Epiſ. Conſtantinop. in oratione quam habuit in exordio ieiunij Quadrageſimalis*: Cuncta, inquit, cibaria, quæ venũ publicè in foris exponi ſolerent, ſacrificiis Diis immolatis infecit ac polluit, vt ſic omnes illi cogerentur veſci cibis immolatitiis, niſi fame

confi